

ceterum acuerunt. Sicut enim in ce-
 cimo nihil remanet pinguedinis
 sic in xpi corpore nihil remanet sa-
 guinis. Anima per tristitiam dolore
 Math. Tristis est enim anima mea
 usque ad mortem. Substantiam tempo-
 ralem usque ad nudationem. per
 diuiserunt sibi vestimenta mea. Vi-
 tam temporalem per abbreviationem.
 Psal. Precisa est velut a terente
 vita mea. Tertia ratio est moralis.
 Et circa hanc tria videnda sunt. Pri-
 mo quid per accensam candelam signa-
 tur. Secundo qualiter possit custo-
 diri ne extinguatur. Tertio quod impe-
 diunt si extinguatur ne iterum reacce-
 datur. Signatur autem per candelam mo-
 raliter quod homo debet habere vitam sa-
 ctam et famam bonam. Sancta autem
 vitam faciunt bona opera. fides recta
 intentio sincera. Opera enim bona
 intelligentur per ceram. quod sicut cera
 celesti rore gignitur: sic bona opera
 tantum a deo habentur. psal. xvi.
 Opera bona operaturus in nobis: sic et
 nostra per lumen. Quia sicut cera sine
 lumine non lucet: sic nostra ope-
 ratio sine fide deo non placet. Deb-
 et. Sine fide impossibile est placere
 deo. Intentio signatur per lichenem: quod
 quidem est occultum et candidum et humidum:
 bium. quod intentio nostra debet esse oc-
 culta a laude humana et candida et
 pura et operum nostrorum coram deo bium
 la. Math. vi. Dicit qui videt in ab-
 scondito reddet tibi. Significatur
 etiam qualiter homo debet esse in fama. Ca-
 ndela enim accensa lucet: occulta non

lucet. extinguita fetet. Sic sancti viri
 alijque lucent: in exemplum. Math. vi.
 Sic lucet lux vestra coram hominibus.
 Digni se occultant per tunicas. Ma-
 thei. vi. Remota accendit lucernam et
 in abscondito ponit eam. Mali au-
 tem fetet per opus mali. psal. xxxv.
 De ea clauibus eorum ascendit fetor.
 Circa finem notandum quod tria sunt quod
 custodiunt candelam ne extinguatur.
 Quod abscondatur a vento quod
 do alijque candelis associatur vel quod
 sufficiens pabulum ei ministratur.
 Qui igitur non vult extinguatur abscon-
 datur a vento laudis humane: ad-
 iungatur congregationi sancta et ha-
 beat pabulum operationis bone.
 Circa tertium notatur quod tria sunt
 que impediunt ne candelam extinguita
 accendatur. Remotio. Humectatio
 et grossi corporis interpositio. Al-
 ti enim sunt qui non accenduntur
 siue quia predicationibus non ap-
 propinquant: nec adiunguntur
 neutro. tricesimo tertio. qui appro-
 pinquant pedibus eius accipiunt
 et doctrina illius. siue quia aquis
 deliciarum humectantur. pri. Co-
 rinthiorum secundo. Animalis ho-
 mo non percipit ea que sunt spi-
 ritus dei. Sine quia amorem terre-
 norum eis interponunt. Math. i.
 decimo tertio. Sollicitudo seculi hu-
 ius et fallacia diuitiarum suffocant
 verbum dei.

Sequitur alia dominica.